

## Università degli Studi di Bari

Dipartimento di Lettere lingue arti. Italianistica e culture comparate

Corso di Laurea: **Lettere (L-10)**

Curriculum: cultura teatrale / cultura dell'età moderna e contemporanea

Prof.ssa Irma Ciccarelli

### A – Programma di **Letteratura latina A-K (II anno) a.a. 2016-7**

Crediti attribuiti all'insegnamento: **12**

Semestre nel quale è svolto l'insegnamento: **I SEMESTRE**

### B – **Contenuti del corso:**

1. Istituzioni di Letteratura latina (dalle origini ad Apuleio): 6 cfu saranno dedicati all'esame diacronico dei principali autori della letteratura latina che saranno approfonditi sia in relazione al contesto storico, politico e socio-culturale, sia attraverso l'analisi degli aspetti linguistici e stilistici delle sezioni proemiali di opere particolarmente rappresentative dei generi letterari più importanti. Potenziare la capacità di traduzione e cogliere gli aspetti essenziali della complessa relazione tra autore e pubblico all'interno di specifiche tendenze letterarie saranno gli obiettivi di questa prima parte del corso.
2. Corso monografico: il motivo della *mors immatura* nell'*Eneide*: 6 cfu saranno dedicati alla lettura metrica, alla traduzione e all'interpretazione di passi scelti dell'*Eneide* di cui sono protagonisti personaggi caratterizzati da un destino avverso. Attraverso l'analisi linguistica e stilistica si darà particolare rilievo alla caratterizzazione psicologica di tali personaggi e al rapporto che li lega alla missione di Enea.

### C – **Organizzazione del corso:**

il corso è organizzato in due moduli da 6 cfu, uno istituzionale e uno monografico; sono previste esercitazioni di metrica.

### D – **Bibliografia:**

**Parte istituzionale\* (di cui fa parte il dossier di testi che sarà disponibile in pdf sul sito del Dipartimento LELIA):**

P. Fedeli, *Storia letteraria di Roma*, Ferraro edit., Napoli 2004

oppure

G.B. Conte, *Letteratura latina*, Firenze 2002 (rist. 2004)

\* In particolare vanno approfonditi i seguenti autori:

- Periodo arcaico: Livio Andronico, Nevio, Ennio, Plauto
- Il II sec. a.C.: Terenzio, Lucilio
- L'età di Cesare: Cicerone, Cesare, Sallustio, Catullo, Lucrezio
- Il principato augusteo: Properzio, Tibullo, Virgilio, Orazio, Tito Livio, Ovidio
- L'età giulio-claudia: Seneca, Persio, Lucano, Petronio
- L'età dei Flavi: Plinio il Vecchio, Quintiliano, Marziale
- L'impero nel II sec. d.C.: Plinio il Giovane, Tacito, Giovenale, Apuleio.

### **Parte monografica:**

Testi: P. Virgilio Marone, *Eneide*, Oscar Mondadori.

Critica:

Contributi di approfondimento saranno distribuiti dalla docente durante il corso.

È prevista bibliografia aggiuntiva per gli studenti che non abbiano frequentato il laboratorio di latino previsto al primo anno per quanti non abbiano superato il questionario di latino del test dei saperi essenziali.

**E - Modalità di svolgimento dell'esame finale:  
colloquio orale.**

Il **calendario degli esami** è pubblicato nelle bacheche del Corso di Laurea e reso disponibile sul sito del medesimo Corso di Laurea. Per iscriversi all'esame, è necessario prenotarsi tramite il sistema Esse3 e compilare il questionario sull'opinione degli studenti.

Per studenti fuori corso del vecchio ordinamento (lauree quadriennali), studenti erasmus, studenti fuori corso i cui piani di studio attualmente non sono inseriti nel sistema esse3, è valida la prenotazione tradizionale tramite statino. Gli studenti iscritti ai Corsi singoli possono utilizzare la prenotazione online solo se, all'atto dell'iscrizione, hanno specificato il Corso di Laurea a cui afferisce la disciplina scelta.

**F – Orari di ricevimento del docente:**  
giovedì 9.30/12.30

**G – E-mail del docente:**  
irma.ciccarelli@uniba.it

## Letteratura latina

### Testi relativi alla parte istituzionale

#### Cesare, Commentarii de bello Gallico 1,1

[1] 1 Gallia est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur. 2 Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona et Sequana dividit. 3 Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu atque humanitate provinciae longissime absunt, minimeque ad eos mercatores saepe comitantur atque ea quae ad effeminandos animos pertinent important, 4 proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. Qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere cotidianis proeliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. 5 Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum, attingit etiam ab Sequanis et Helvetiis flumen Rhenum, vergit ad septentriones. 6 Belgae ab extremis Galliae finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni, spectant in septentrionem et orientem solem. 7 Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani quae est ad Hispaniam pertinet; spectat inter occasum solis et septentriones.

## CATULLO

### Catull. Carm. 5

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus,  
rumoresque senum severiorum  
omnes unius aestimemus assis.  
soles occidere et redire possunt:  
nobis, cum semel occidit brevis lux,

nox est perpetua una dormienda.  
da mi basia mille, deinde centum,  
dein mille altera, dein secunda centum,  
deinde usque altera mille, deinde centum.  
dein, cum milia multa fecerimus, 10  
conturbabimus illa, ne sciamus,  
aut nequis malus invidere possit,  
cum tantum sciat esse basiorum.

### **Catull. Carm. 8**

Miser Catulle, desinas ineptire,  
et quod vides perisse perditum ducas.  
fulsere quondam candidi tibi soles,  
cum ventitabas quo puella ducebat,  
amata nobis quantum amabitur nulla. 5  
ibi illa multa tum iocosa fiebant,  
quae tu volebas nec puella nolebat.  
fulsere vere candidi tibi soles.  
nunc iam illa non vult: tu quoque, impotens, noli,  
nec quae fugit sectare, nec miser vive, 10  
sed obstinata mente perfer, obdura.  
vale, puella, iam Catullus obdurat,  
nec te requiret nec rogabit invitam.  
at tu dolebis, cum rogaberis nulla.  
scelestas, vae te! quae tibi manet vita? 15  
quis nunc te adibit? cui videberis bella?  
quem nunc amabis? cuius esse diceris?  
quem basiabis? cui labella mordebis?  
at tu, Catulle, destinatus obdura!

### **CICERONE, Cat. 1,1-2**

[1] Quo usque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? quam diu etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Nihilne te nocturnum praesidium Palati, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora voltusque moverunt? Patere tua consilia non sentis, constrictam iam horum omnium scientia

teneri                   coniurationem                   tuam                   non                   vides?

Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrum ignorare arbitraris?

[2] O tempora, o mores! Senatus haec intellegit. Consul videt; hic tamen vivit. Vivit? immo vero etiam in senatum venit, fit publici consilii particeps, notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum. Nos autem fortes viri satis facere rei publicae videmur, si istius furorem ac tela vitemus. Ad mortem te, Catilina, duci iussu consulis iam pridem oportebat, in te conferri pestem, quam tu in nos [omnes iam diu] machinaris.

## SALLUSTIO

### *Bell. Cat. 5,1*

L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. huic ab adulescentia bella intestina caedes rapinae discordia civilis grata fuere, ibique iuventutem suam exercuit. corpus patiens inediae algoris vigiliae, supra quam quouquam credibile est. animus audax subdolos varius, quouis rei lubet simulator ac dissimulator, alieni adpetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus; satis eloquentiae, sapientiae parum. vastus animus inmoderata incredibilia nimis alta semper cupiebat. hunc post dominationem L. Sullae lubido maxuma invaserat rei publicae capiundae; neque id quibus modis adsequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat.

## Virgilio, Eneide, 1,1-33

Arma uirumque cano, Troiae qui primus ab oris  
Italiam fato profugus Lauiniaque uenit  
litora, multum ille et terris iactatus et alto  
ui superum, saeuae memorem Iunonis ob iram,  
multa quoque et bello passus, dum conderet urbem                   5  
inferretque deos Latio; genus unde Latinum  
Albanique patres atque altae moenia Romae.  
Musa, mihi causas memora, quo numine laeso  
quidue dolens regina deum tot uoluere casus  
insignem pietate uirum, tot adire labores                   10  
impulerit. tantaene animis caelestibus irae?  
Vrbs antiqua fuit Tyrii tenuere coloni  
Karthago, Italiam contra Tiberinaque longe  
ostia, diues opum studiisque asperrima belli,  
quam Iuno fertur terris magis omnibus unam                   15

posthabita coluisse Samo. hic illius arma,  
 hic currus fuit; hoc regnum dea gentibus esse,  
 si qua fata sinant, iam tum tenditque fouetque.  
 progeniem sed enim Troiano a sanguine duci  
 audierat Tyrias olim quae uerteret arces; 20  
 hinc populum late regem belloque superbum  
 uenturum excidio Libyae; sic uoluere Parcas.  
 id metuens ueterisque memor Saturnia belli,  
 prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis;  
 necdum etiam causae irarum saeuique dolores 25  
 exciderant animo; manet alta mente repostum  
 iudicium Paridis spretaeque iniuria formae  
 et genus inuisum et rapti Ganymedis honores:  
 his accensa super iactatos aequore toto  
 Troas, reliquias Danaum atque immitis Achilli, 30  
 arcebat longe Latio, multosque per annos  
 errabant acti fati maria omnia circum.  
 tantae molis erat Romanam condere gentem.

## PROPERZIO

### Prop. 1,1

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis,  
 contactum nullis ante cupidinibus.  
 tum mihi constantis deiecit lumina fastus  
 et caput impositis pressit Amor pedibus,  
 donec me docuit castas odisse puellas 5  
 improbus, et nullo vivere consilio.  
 ei mihi, iam toto furor hic non deficit anno,  
 cum tamen adversos cogor habere deos.  
 Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores  
 saevitiam durae contudit Iasidos. 10  
 nam modo Partheniis amens errabat in antris,  
 rursus in hirsutas ibat et ille feras;  
 ille etiam Hylaei percussus vulnere rami  
 saucius Arcadiis rupibus ingemuit.  
 ergo velocem potuit domuisse puellam: 15  
 tantum in amore fides et benefacta valent.  
 in me tardus Amor non ullas cogitat artes,  
 nec meminit notas, ut prius, ire vias.  
 at vos, deductae quibus est fallacia lunae  
 et labor in magicis sacra piare focis, 20  
 en agedum dominae mentem convertite nostrae,

et facite illa meo palleat ore magis!  
 tunc ego crediderim Manes et sidera vobis  
 posse Cytinaeis ducere carminibus. 25  
 aut vos, qui sero lapsum revocatis, amici,  
 quaerite non sani pectoris auxilia.  
 fortiter et ferrum saevos patiemur et ignes,  
 sit modo libertas quae velit ira loqui.  
 ferte per extremas gentes et ferte per undas, 30  
 qua non ulla meum femina norit iter.  
 vos remanete, quibus facili deus annuit aure,  
 sitis et in tuto semper amore pares.  
 nam me nostra Venus noctes exercet amaras,  
 et nullo vacuus tempore defit Amor.  
 hoc, moneo, vitate malum: sua quemque moretur 35  
 cura, neque assueto mutet amore torum.  
 quod si quis monitis tardas adverterit aures,  
 heu referet quanto verba dolore mea!

## ORAZIO

### *Carm. 1,5*

Quis multa gracilis te puer in rosa  
 perfusus liquidis urget odoribus  
 grato, Pyrrha, sub antro?  
 cui flavam religas comam

simplex munditiis? heu quotiens fidem 5  
 mutatosque deos flebit et aspera  
 nigris aequora ventis  
 emirabitur insolens,

qui nunc te fruitur credulus aurea,  
 qui semper vacuum, semper amabilem 10  
 sperat, nescius aurae  
 fallacis. miseri, quibus

intemptata nites: me tabula sacer  
 votiva paries indicat uvida  
 suspendisse potenti 15  
 vestimenta maris deo.

### *Carm. 1,33*

Albi, ne doleas plus nimio memor  
inmitis Glycerae, neu miserabilis  
decantes elegos, cur tibi iunior  
laesa praeniteat fide.

insignem tenui fronte Lycorida 5  
Cyri torret amor, Cyrus in asperam  
declinat Pholoen; sed prius Apulis  
iungentur capreae lupis,

quam turpi Pholoe peccet adultero. 10  
sic visum Veneri, cui placet inparis  
formas atque animos sub iuga aenea  
saevo mittere cum ioco.

ipsum me melior cum peteret Venus,  
grata detinuit compede Myrtale 15  
libertina, fretis acrior Hadriae  
curvantis Calabros sinus.

### **Ovidio, *Amores* 1,1**

Arma gravī numerō violentaque bella parābam  
ēdere, māteriā conveniente modīs.

pār erat inferior versus; rīsisse Cupīdō  
dīcitur atque ūnum surripuisse pedem.

“quis tibi, saeve puer, dedit hoc in carmina iūris? 5

Pīeridum vātēs, nōn tua, turba sumus.

quid, sī praeripiat flāvae Venus arma Minervae,  
ventilet accēnsās flāva Minerva facēs?

quis probet in silvīs Cererem rēgnāre iugōsīs,  
lēge pharētrātae virginis arva colī? 10



crīnibus īnsignem quis acūtā cuspidē Phoebum  
īnstruat, Āoniam Marte movente lyram?  
sunt tibi magna, puer, nimiumque potentia rēgna:  
cūr opus adfectās ambitiōse novum?  
an, quod ubīque, tuum est? tua sunt Helicōnia tempē? 15  
vix etiam Phoebō iam lyra tūta sua est?  
cum bene surrēxit versū nova pāgina prīmō,  
attenuat nervōs proximus ille meōs.  
nec mihi māteria est numerīs leviōribus apta,  
aut puer aut longās cōmpta puella comās.” 20  
questus eram, pharetrā cum prōtinus ille solūtā  
lēgit in exitium spīcula facta meum  
lūnāvitque genū sinuōsum fortiter arcum  
“quod”que “canās, vātēs, accipe” dīxit “opus.”  
mē miserum! certās habuit puer ille sagittās: 25  
ūrōr, et in vacuō pectore rēgnat Amor.  
sex mihi surgat opus numerīs, in quīnque resīdat;  
ferrea cum vestrīs bella valēte modīs.  
cingere lītoreā flāventia tempora myrtō,  
Mūsa per undēnōs ēmodulanda pedēs.

### Seneca, De breuitate vitae 1-4

**I.1** Maior pars mortalium, Pauline, de naturae malignitate conqueritur, quod in exiguum aevi gignimur, quod haec tam uelociter, tam rapide dati nobis temporis spatia decurrunt, adeo ut exceptis admodum paucis ceteros in ipso uitae adparatu uita

destituatur. nec huic publico, ut opinantur, malo turba tantum et imprudens uolgens ingemuit. clarorum quoque uirorum hic adfectus querellas euocauit: **2** inde illa maximi medicorum exclamatio est: uitam breuem esse, longam artem. inde Aristotelis cum rerum natura exigentis minime conueniens sapienti uiro lis: aetatis illam animalibus tantum indulgisse, ut quina aut dena secula educerent: homini in tam multa ac magna genito tanto citiorem terminum stare. **3** non exiguum temporis habemus, sed multum perdidimus. satis longa uita et in maximarum rerum consummationem: large data est, si tota bene collocaretur. sed ubi per luxum ac negligentiam diffluit, ubi nullae bonae rei inpenditur, ultima demum necessitate cogente, quam ire non intelleximus, transisse sentimus. **4** ita est, non accipimus breuem uitam, sed facimus, nec inopes eius, sed prodigi sumus. sicut amplae et regiae opes ubi ad malum dominum peruenerunt, momento dissipantur, at quamuis modicae, si bono custodi traditae sunt, usu crescunt: ita aetas nostra bene disponenti multum patet.

455 «Non te nullius exercent numinis irae;  
 magna luis commissa: tibi has miserabilis Orpheus  
 haudquaquam ob meritum poenas, ni fata resistant,  
 suscitāt, et raptā graviter pro coniuge saevit.  
 Illa quidem, dum te fugeret per flumina praecipēs,  
 immanem ante pedes hydrum moritura puella  
 servantem ripas alta non vidit in herba.  
 460 At chorus aequalis Dryadum clamore supremos  
 implevit montis; flerunt Rhodopeiae arces  
 atque Pangaea<sup>1</sup> et Rhesi Mavortia tellus  
 atque Getae atque Hebrus et Actias Orithya<sup>2</sup>.  
 Ipse cava solans aegrum testudine amorem  
 465 te, dulcis coniunx, te solo in litore secum,  
 te veniente die, te decedente canebat.  
 Taenarias etiam fauces<sup>3</sup>, alta ostia Ditis,  
 et caligantem nigra formidine lucum  
 ingressus, Manisque adiit regemque tremendum  
 470 nesciaque humanis precibus mansuescere corda.

At cantu commotae Erebi de sedibus imis  
 umbrae ibant tenues simulacraque luce carentum,  
 quam multa in foliis avium se milia condunt,  
 475 Vesper ubi aut hibernus agit de montibus imber,  
 matres atque viri defunctaque corpora vita  
 magnanimum heroum, pueri innuptaeque puellae,  
 impositique rogis iuvenes ante ora parentum,  
 quos circum limus niger et deformis harundo  
 Cocyti tardaue palus inamabilis unda  
 480 alligat et novies Styx interfusa coerces.  
 Quin ipsae stupuere domus atque intima Leti  
 Tartara caeruleosque implexae crinibus anguis  
 Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora,  
 atque Ixionii vento rota constitit orbis.  
 485 Iamque pedem referens casus evaserat omnis,  
 redditaque Eurydice superas veniebat ad auras  
 pone sequens (namque hanc dederat Proserpina legem),  
 cum subita incautum dementia cepit amantem,  
 490 ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes:  
 restitit, Eurydicenque suam iam luce sub ipsa  
 immemor heu! victusque animi respexit. Ibi omnis  
 effusus labor atque immitis rupta tyranni  
 foedera terque fragor stagnis auditus Avernis.  
 Illa «Quis et me» inquit «miseram et te perdidit, Orpheu,  
 495 quis tantus furor? En iterum crudelia retro  
 fata vocant, conditque natantia lumina somnus.  
 Iamque vale: feror ingenti circumdata nocte  
 invalidasque tibi tendens, heu non tua, palmas».  
 Dixit et ex oculis subito, ceu fumus in auras  
 500 commixtus tenuis, fugit diversa, neque illum

Trimalcione stesso (cfr. ad es. 61, 1-3: ...*Trimalchio ad Nicerotem respexit et 'solebas' inquit 'suavius esse in convictu; nescio quid nunc taces nec muttis. oro te, sic felicem me videas, narra illud quod tibi usu venit'*); sono poi i convitati a rivelarsi immediatamente non all'altezza della possibilità offerta loro e a trasformare lo spazio dell'intrattenimento educato e piacevole in un trionfo di cattivo gusto.

Gli emendamenti proposti da Müller<sup>2</sup> e da Watt, anche se il primo ha il merito di sottolineare il raccordo narrativo con 39, 1, risultano inferiori al testo tradito perché attribuiscono ai protagonisti un ruolo più decisamente attivo nella conversazione, che non corrisponde alla sostanziale mancanza di fusione tra il gruppo degli *scholastici* e quello dei liberti nella *Cena* e alla netta estraneità dei personaggi colti, limitati al ruolo di spettatori, rispetto al dialogo (estraneità rinfacciata da Echione ad Agamennone a 46, 1).

Il testo tradito, soddisfacente dal punto di vista linguistico e stilistico, è attraente per più ragioni: esso fornirebbe un riaggancio evidente, dichiarato, a quella sorta di prolessi, di esca narrativa data a 39, 1 (*interpellavit tam dulces fabulas Trimalchio; nam iam sublatum erat ferculum, hilaresque convivae vino sermonibusque publicatis operam coeperant dare*), riannodando il filo spezzato del racconto<sup>53</sup>; indicherebbe esplicitamente l'inizio di una sequenza 'codificata', il dialogo conviviale, sottolineando con un segnale metaletterario il gesto parodico nei confronti del *Simposio* di Platone<sup>54</sup>; investirebbe il gruppetto di una funzione narrativa analoga a quella svolta dal personaggio Encolpio al cap. 36, dove il suo tentativo di attaccar conversazione e le sue domande ad Ermerote danno occasione a Encolpio narratore di riportare il discorso del liberto: scomparso dalla scena il regista Trimalcione, sono i nostri eroi a farsi

53. Si ha una struttura a doppio incastro: la spiegazione astrologica di Trimalcione interrompe gli esordi della conversazione tra i convitati e completa il 'numero' del piatto zodiacale dopo il ritardo costituito dal discorso di Ermerote; a sua volta tale spiegazione, con quel che segue, funziona come elemento ritardante rispetto al preannunciato dialogo conviviale, che può avere luogo solo una volta uscito di scena il padrone di casa.

54. Offrirebbe, inoltre, quasi un parallelo scenico all'introduzione dei discorsi nel *Simposio* stesso, dove è proprio la proposta di un commensale, Erissimaco, a dare il via al dialogo (v. supra).

prestantem nequiquam umbras et multa volentem  
dicere praeterea vidit; nec portitor Orci  
amplius obiectam passus transire paludem.

505 Quid faceret? Quo se rapta bis coniuge ferret?  
Quo fletu Manis, quae numina voce moveret?

Illa quidem Stygia nabat iam frigida cumba.  
Septem illum totos perhibent ex ordine mensis  
rupe sub aëria deserti ad Strymonis undam  
510 fesse sibi, et gelidis haec evolvisse sub antris  
mulcentem tigris et agentem carmine quercus:

qualis populea maerens philomela sub umbra  
amissos queritur fetus, quos durus arator  
observans nido implumis detraxit; at illa  
515 flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen  
integrat, et maestis late loca questibus implet.

Nulla Venus, non ulli animum flexere hymenaei:  
solus Hyperboreas glacies Tanaimque nivalem<sup>4</sup>  
arvaque Riphacis numquam viduata pruinis  
520 lustrabat, raptam Eurydicen atque inrita Ditis  
dona querens. Spretae Ciconum<sup>5</sup> quo munere matres  
inter sacra deum nocturnique orgia Bacchi  
discerptum latos iuvenem sparsere per agros.

Tum quoque marmorea caput a cervice revulsum  
gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus  
525 volveret, Eurydicen vox ipsa et frigida lingua,  
a! miseram Eurydicen anima fugiente vocabat:  
Eurydicen toto referebant flumine ripae.

**Elenco dei brani che saranno oggetto d'esame:**

Virgilio, Eneide

2,705-794

4,642-692

5,827-861

10,439-509

12,887-952